Regularium Superiorum electio ne aliter fiat quam per vota ſecreta, ita ut ſingulorum nomina non innoteſcant, *ibid.* cap. 6.
De Regularium communione Eccleſiaſtica ad minus quam per ſingulos menſes. Et ut provideatur Monialibus extraordinarius confeſſarius bis aut ter in anno, p. 413. cap. 10.
Ut regulares curati electioni & examini Epiſcoporum ſubjiciantur, *ibid.* c. 11.
In controverſiis Ordinum Regularium inter ſe vel cum Clero ſæculari in proceſſionibus quibuſcumque ſtandum eſſe judicio Epiſcopi ſine appellatione, *ibid.* cap. 13.
Nulla renunciatio vel obligatio facta ligat niſi poſt ſequutam profeſſionem, *ibid.* & ſeq. Itaque ſi profeſſio non ſequatur, nihil poteſt ſolvi aut exigi excepto victu aut veſtitu novitiatus, *ibid.*
Anathema incumbit cuicumque perſonæ cogenti feminam ingredi Monaſterium, aut habitum ſuſcipere, (niſi in caſibus a jure expreſſis) atque iis, qui conſilium vel auxilium ad id dederint, vel invitam ſuſceperint, aut qui ſine cauſſa volentem ingredi aut profiteri impedierint, *ibid.* n. 85.
Quicunque prætendit ſe per vim aut metum ingreſſum religionem, aliamve cauſſam nullitatis profeſſionis prætendit, & vult ſine licentia Superioris diſcedere, non eſt audiendus poſt quinquennium profeſſionis computandum, niſi cauſſas, quas prætendit, deduxerit coram Superiore & Ordinario, ſed compellendus eſt ad Monaſterium redire, *ibid.* cap. 19.
Regeſtum continens diem & annum ſuſceptionis regularis habitus vel emiſſæ profeſſionis confici ab Abbatibus & Prioribus clauſtralibus cum ſubſcriptione præſentium duorum teſtium, jubet Concilium Turonenſe anni 1683. tit. de Monachis, ne quis temere profeſſus præſumatur, aut pari temeritate ad ſæculum redeat, aut nuptias invalidas & ſacrilegas inire præſumat. Id vero regreſſum diligenter cuſtodiat, p. 435.
Silentium, obedientia, humilitas, caritas, ceteræque virtutes ſint præcipua regularium ornamenta, p. 444. nu. 5. Regula frequenter in capitulis legatur, moneatque, qui præeſt, & redarguat, ſi quid minus ſervetur, excitet vero ad emendationem & fervorem, *ibid.* Statis horis conveniant regulares ad laudes Deo devote perſolvendas, *ibid.* n. 6. Religioſæ vitæ quantæ ſint utilitatis. Abbatis Bernardi teſtimonium, *ibid.*

Reliquiæ.

Reliquiæ ſancti Babylæ Antiocheni Epiſcopi & martyris oraculum cacodæmonis obmuteſcere fecerunt, ejuſque fanum incenderunt, p. 218. n. 12. & 13. Reliquiarum SS. Martyrum Stephani, Item Gervaſii & Prothaſii miracula, *ibid.*
Reliquiis Sanctorum quantus ſit honor deferendus, *ibid.* nu. 12. & 13.
Reliquiæ ſacræ quo ritu & honore in proceſſionibus geſtandæ, p. 206. 207. n. 4.
Reliquiæ ſacræ ne extrahantur & ne monſtrentur extra proprias capſas, p. 308. can. 62.
Reliquias non atteſtatas & recens inventas non liceat publicæ venerationi exponere, niſi poſtquam auctoritate Papæ fuerint approbatæ, *ibid.*
Quiſquis Epiſcopus ſine ſacris reliquiis templum conſecraverit, deponendus eſt, p. 218. n. 12.

Res Eccleſiæ.

Res Eccleſiæ quiſquis occupaverit, vel qui retinet, tandiu ab Eccleſiaſtica communione ſuſpenditur, donec reſtituerit, p. 185. n. 4. & 5.
Res Eccleſiæ non alienentur, neque tribuantur in emphyteuſim perpetuam vel ad multos annos citra conſenſum Capituli & Sedis Apoſtolicæ. Secus facientes Prælati ſuo officio, & adminiſtratione privandi ſunt. Ceteri Clerici a perceptione beneficiorum ſuorum ſuſpenduntur per triennium. Laici vero, qui ad hujuſmodi conditionem res Eccleſiæ reduxerunt, & qui tale conſilium dederunt, ſubjiciuntur excommunicationi, a qua nequeant abſolvi, niſi poſtquam ab hujuſmodi conventis prorſus receſſerint, p. 325. can. 22. & p. 330. can. 1.
Res Eccleſiæ non niſi ad pios uſus convertendæ, p. 363. n. 7.
Res, ornamenta, & vaſa, & chartæ Eccleſiæ piorumque aliorum locorum inventariis autenticis conſcribantur & aſſerventur, p. 392. can. 89. Item Concilium Budenſe anni 1279. can. 34. & Avenionenſe anni 1326. p. 340. can. 58. & Toletanum anni 1565. n. 6. p. 427. & ſeq.
Res Eccleſiæ in remunerationem vel ſub annuo cenſu conceſſæ ad tempus ſive Clericis ſive laicis nunquam præſcribantur. Ubi & de precariis, p. 164. n. 22.
Rerum Eccleſiæ alienationi aut longi temporis emphyteuſi quænam conditiones requirantur, p. 160. n. 5.

Reſidentia.

Reſidentia Clericorum in ſuis Eccleſiis præſertim ſolemnioribus p. 164. n. 23.
Reſidentia Epiſcoporum, p. 226. n. 10.
Ne Epiſcopi etiam intra fines diœceſis locum extra ſedem Cathedralis Eccleſiæ ad diutius habitandum exigant, pag. 426. num. 2.
Parochorum reſidentia, qui alioqui non faciunt fructus ſuos, & removeri debent, p. 320. can. 9. pag. 387. can. 11. p. 421. num. 3.
Reſidentia Decanorum, p. 389. n. 19. Et Canonicorum, & præbendas habentium, p. 410. nu. 73. & Abbatum, p. 389. n. 21. Quandonam qui non aſſiſtunt in choro, nec in eo reſident, ab Officiis chori diſpenſantur, ut poſſint ſumere diſtributiones, p. 428. n. 2. & de Pœnitentiario audiente confeſſiones, dum chorus pſallit. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 8.

Rhemenſe Concilium I.

Rhemenſe Concilium præſide Archiepiſcopo Sonnatio, cujus meminit Flodoardus lib. 2. hiſt. Rhemenſ. cap. 5.

Rhemenſe Concilium II.

Rhemenſe Concilium ſecundum anni 813. regnante Carolo Magno, p. 238.
Can. 17. Ne Prælati ad menſam ſuam joca turpia permittant, ſed pauperes adhibeant & piam lecturam, *ibid.*
Can. 20. Ne Presbyteri de minore titulo ad majorem tranſmigrent, *ibid.* &c. 2. can. 14.
Can. 24. Ne Monachi aut Clerici tabernas ingrediantur, *ibid.* Quod prohibuerat Laodicenus can. 24. & Africanus can. 7.
Can. 25. Ut diebus Dominicis ceſſent ſervilia opera, & placita, & contractus, & mercatus, *ibid.*

Rhemenſe Concilium ann. 1148.

Rhemenſe alterum Concilium anni 1148. adverſus errores Gilberti Porretani Eugenio III. Papa Præſide, pag. 286. & ſeqq.
In primis Gilbertus ipſe Pictavienſis Epiſcopus ſuos agnovit & ejuravit errores, quos etiam ipſa Synodus damnavit, p. 287.
Can. 1. Nemo ſciens communicet cum excommunicato, *ibid.*
Can. 2. Ut ſit modeſtus Epiſcoporum & Clericorum habitus, *ibid.*
Can. 3. Ut Subdiaconi neque uxores neque concubinas habeant, p. 288.
Can. 4. Ut Sanctimoniales, & Canonicæ regulariter vivant juxta regulas SS. Auguſtini & Benedicti, & ut incorrectæ Chriſtiana priventur ſepultura, *ibid.*
Can. 5. Ne laici Eccleſiaſtica judicia uſurpent. Et ne Prælati per illorum metum aut juſſionem ab Eccleſiaſtica juriſdictione & Officio ſuo deſiſtant, *ibid.*
Can. 6. Ne advocati & exactores ultra jus ſibi conſtitutum accipere quidquam præſumant, ſub pœna privationis Eccleſiaſticæ ſepulturæ, *ibid.*
Can. 7. Eccleſiaſticas perſonas & regulares ab omni prohibet nuptiali commercio. Sin minus ut ſeparatæ in pœnitentia vitam exigant, *ibid.*
Can. 8. Ne laici decimas Eccleſiæ poſſideant, *ibid.*
Can. 9. Ne quis inſtituatur Archidiaconus, qui Diaconus non ſit. Neve adoleſcentibus vel infra ſacros Ordines conſtitutis conferantur dignitates, *ibid.*
Can. 10. Ne Presbyteris conductitiis Eccleſiæ committantur, ſed unaquæque Eccleſia ſuum habeat Sacerdotem convenienter proviſum, *ibid.*
Can. 11. De publica perſonarum & rerum ad eas pertinentium ſecuritate, *ibid.*
Can. 12. De reprimenda militum ſuæ fortitudinis ſpecimen inter nundinas exhibentium temeritate, *ibid.*
Can. 13. Abſolutio percuſſionis Clerico vel Monacho inflictæ Summo Pontifici reſervatur, *ibid.*
Can. 14. De immunitate confugientium ad Eccleſias vel Cœmeteria, *ibid.*
Can. 15. Incendiarii anathemate percelluntur, *ibid.*
Can. 16. Ne quidquam pro Chriſmate, oleo ſacro vel ſepultura exigatur, *ibid.* Vide Lateranenſe canon. 63. & 66. p. 309.
Can. 17. Factæ ab hæreticis vel ſchiſmaticis Ordinationes declarantur irritæ, p. 288.
Can. 18. Fautores & receptatores hæreticorum anathematizantur, eorumque terræ interdicto ſubjiciuntur, *ibid.*

Rhemenſe Concilium ann. 1564.

Alterum Rhemenſe Concilium a Carolo Lotharingo Cardinali Archiepiſcopo Rhemenſi coactum anno 1564. p. 421.
Statuto 1. Admonentur Parochi de reſidentia. Officia illorum recenſentur. Et ut negligentes removeantur, *ibid.*
Statuto 3. Ut Parochi ſuos invitent parochianos ad ſuſcipienda ſacramenta cum fide, reverentia & devotione, pag. 422.
Statutum 6. decernit, ut Rectores parochiarum ſcandaloſe viventes accipiant condictores, & contumaces deponantur, *ibid.*
Congregatione 13. ſtatuitur, ut dies Dominici & feſta religioſe ſerventur. Et mox addit, ut fidelis populus tertiis ſaltem Dominicis interſit parochiali Miſſæ, *ibid.*
Concilium quoque Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 4. Moneat (inquit) Epiſcopus diligenter populum, teneri unumquemque Parochiæ ſuæ intereſſe, ubi commode id fieri poteſt, ad audiendum verbum Dei. Vide Concilium Turonenſe anni 1583. p. 435.

Rhe-

Rhemenſe Concilium ann. 1583.

Alterum Rhemenſe Concilium a Ludovico Cardinali & Archiepiſcopo Guiſio Lotharingo celebratum anno 1593. p. 431.
Tit. de diebus feſtis cap. 5. Ne in his nundinæ, mercatus & auctiones fiant ſub pœna excommunicationis pronuncianda, *ibid.*
Tit. de Baptiſmo cap. 3. Officium ſuſceptorum ſeu patrinorum erga eos, quos de ſacro fonte levarunt, *ibid.* Vide libr. 2. Capitularium Caroli Magni, *ibid.*
Cap. 7. Epiſcopus ne in ſua diœceſi, & ne parochus in ſua parochia ſuſceptor in baptiſmo fiat, nullus autem Monachus aut Monialis, *ibid.*
Cap. 8. Parochus moneat, ne baptizandis nomina Paganorum imponantur, *ibid.*
Cap. 9. Parochus primum inquirat, an infans fuerit domi baptizatus, & quibuſnam verbis & ritu, *ibid.*
Tit. de ſepulturis cap. 4. Cerei funebres regulariter ſunt parochorum, *ibid.*
Cap. 7. Cœmeteria muro cingantur, ne beſtiis pervia ſint, aut profanentur, *ibid.*
Hoc idem ſancitum fuit a Concilio Bituricenſi anni 1528. in decreto de Cœmeteriis.
Cap. 8. Ne liceat tumulos humo altiores erigere, aut ſtatuas, vel arma, vel trophæa collocare, p. 432. Hoc idem ſancivit Concilium Mediolanenſe primum ſub S. Carolo Borromæo tit. 16. de ſepulturis.
Cap. 13. & 14. Per ſepulturam hominis excommunicati vel infidelis polluitur Eccleſia vel Cœmeterium: & quinam alii privandi ſint Eccleſiaſtica ſepultura, inter quos recenſet mortuos in duello, etiamſi ante obitum ſigna dederint pœnitentiæ: eos inſuper, qui tempore Paſchali ſacramenta ſumere neglexerunt, *ibid.* Hæc eadem ſancita ſunt in rituali Pauli Papæ quinti.
Cap. 14. Per ſepulturam hominis excommunicati Eccleſiam vel Cœmeterium pollui, & debere reconciliari, *ibid.* Quam rem conſtituit c. conſuluiſti de conſecr. Eccl. vel Alt. Quod idem ſtatuitur de ſepultura hominis infidelis, etſi non poſſit dici excommunicatus, quatenus nunquam baptiſma ſuſcepit, neque fuit in Eccleſiæ communione aut juriſdictione. Tales etiam ſunt infantes non baptizati, c. Eccleſiam lib. 1. de conſecr. diſt. 1. Admonet item iſtud Rhemenſe c. 14. Eccleſia polluta pollui quoque contiguum cœmeterium, ſed non vice verſa de Eccleſia, etſi pollutum fuerit contiguum cœmeterium, *ibid.*
Tit. Rhemenſis de Clericis cap. 1. ut Clerici ſuo nomini & vocationi reſpondeant. Id admonet S. Hieronymus epiſt. ad Nepotianum Clericos a ſorte dictos, vel quia Dominus ſit eorum ſors, ut dicere poſſint, Dominus pars hæred. meæ cum Pſalmiſta, vel quia ipſi ſpeciali prærogativa de ſorte Domini ſunt, *ibid.*
Cap. 2. Ne Clerici ſe ſuamve operam laicis addicant in rebus ſæcularibus & profanis, *ibid.*
Cap. 3. Ne poſſeſſiones alienas conducant, p. 432.
Cap. 4. A crapula & ebrietate abſtineant, *ibid.*
Cap. 5. Continentiam ſectentur, & a luxuria ſe alienos exhibeant, *ibid.*
Cap. 6. Ab alea & venationibus & indecoris luſibus ſe cohibeant, *ibid.*
Cap. 7. Clerici & morum probitate & exteriore cultu modeſtiæ exemplo ſint, *ibid.*
Hæc ſingula diſtinctis canonibus a diverſis Conciliis prohibentur, ſed omnia ſimul complectitur uno can. 10. Concilium Moguntiacum anni 833. ſub Leone Papa III. & Carolo Magno Imp.
Cap. 9. Clerici tonſura Clericali pro gradus vel Ordinis ſui qualitate in vertice perſpicua ſemper inſigniantur. Sacerdotes barbam geſtantes ſaltem pilos ſuperioris labri, vel tondeant vel radant: ſi vero moniti non obediant, pœna ſuſpenſionis ab Ordinum exercitio vel a fructibus beneficii plectantur, incorrigibiles autem etiam beneficiis priventur juxta conſtitutionem Clementis Papæ V. in Concilio Viennenſi, cujus initium eſt: *Quoniam innovanda*, *ibid.*

Rhotadus.

Rhotadus Sueſſionum Epiſcopus ab Hincmaro Rhemenſi Archiepiſcopo injurioſe deponitur, & in Monaſterium compellitur, contempta illius ad Papam appellatione: qui tamen ejus ad ſe cauſſam evocavit, mandans, ut interim libertati aſſereretur. Sed Hincmarus, ne quid horum fieret, maluit Regis auctoritate & gratia abuti: eumque adverſarium cum ſapientiſſimo Pontifice Nicolao committere, pag. 245. n. 1. At Rex quantumvis notorius Eccleſiarum contemptor & direptor, maluit Pontifici obtemperare, ſicque Rhotadus Romani Concilii decreto reſtitutus eſt, & adverſantis Hincmari acta reſciſſa ſunt, *ibid.*

Ricardus.

Ricardus Angliæ Rex ad ſacrum bellum in Orientem profectus Cyprum Græcis eripit, eamque tradit Guidoni Luſiniano, in commutationem juris Guidoni competentis ad regnum Jeroſolymitanum, quo ille fuerat a Saracenis ſpoliatus. Sed dilapſis demum viribus, poſt captum a ſe Ptolemaidem in patriam revertit. Verum tempeſtate ad oram Iſtriæ pulſus capitur ab infenſo ſibi Marchione Auſtriæ Leopoldo, eo quod quum prior Ptolemaidis propugnaculum ſuorum virtute occupaſſet, inde fuiſſet a Ricardo ejectus. Marchio poſtmodum eumdem Henrico Imperatori petenti tradidit, a quo diu in vinculis detentus eſt, donec ſe ille ingenti pretio redemiſſet, violatis ſacris belli promiſſis inter Principes induciis, p. 294. & ſeq. n. 6.

Ritus.

Ritus antiqui benedictionis Diaconiſſarum. Earum habitus & profeſſio. Ritus etiam in conſecrandis & velandis virginibus. Harum diverſa genera, p. 14. 15. & ſeq.
Ritus veteres in baptiſmo adhibiti, p. 17.
Ritus veteres in Euchariſtia, p. 18.
Ritus Agaparum, p. 20.
Ritus diverſi literarum canonicarum ſeu formatarum, *ibid.*
Ritus publicarum pœnitentiarum, p. 22. 23.
Ritus & partes veterum Eccleſiarum, p. 25. & ſeq.
Ritus Ordinum Eccleſiaſticorum & numerus tum in Græcanicis tum in Latinis Eccleſiis, p. 12. & p. 117. 118. & pag. 122. 123. & ſeq.
Ritus eulogiarum & fermenti, quidve illud fuerit, pag. 28. & ſeq.
Ritus quadrageſimæ aliorumque jejuniorum tum in Orientis, tum in Occidentis Eccleſiis, p. 37. & 108. n. 22. & ſeq.
Ritus ſuſcipiendi Euchariſtiam, p. 212. n. 22.
Ritus priſcarum Eccleſiarum de proprio Epiſcopo, pag. 35. & ſeq.
Ritus antiqui diptycharum Eccleſiaſticarum, pag. 34. num. 1. & ſeq.
Ritus Orientalium Eccleſiarum a noſtris diverſi a Romana Eccleſia approbati fuere etiam penes Occidentis Eccleſias, pag. 122. & ſeq. & p. 369. n. 9. Ut videmus in Græcis & Armenis Præsbyteris huc adventantibus.

Rituales libri.

Rituales libri ab ordinantibus Epiſcopis illis, quos ordinabant, porrigebantnr, p. 115. can. 3.

Robertus.

Roberti Franciæ Regis pietas & eximiæ dotes, p. 258. n. 21.
Roberti Guiſcardi Normanni admiranda belli facinora, p. 262. num. 20.

Rodericus.

Rodericus Viſigothus Hiſpaniarum Rex ſuis ſtupris dedit occaſionem Saracenis Hiſpanias invadendi, p. 214. n. 8.

Rodulphus.

Rodulphus Habſpurgenſis Comes, ſtirps ultimæ gentis Auſtriacæ Regum feraciſſimæ, electus Germaniæ Rex, Ottocarum Bohemiæ Regem ſibi rebellantem vicit ac repreſſit: ſed rebellionem iterum inſtaurantem altero conflictu, in quo mortem Ottocarus oppetiit, ſuperavit: ſicque Auſtriam, quæ fuerat Ottocari, Rodulphus Alberto filio ſuo conceſſit. Helvetios etiam & Burgundiones jugum detractantes repetitis præliis attrivit, p. 296. n. 15.

Romana Hierarchia.

Romanæ hierarchiæ auctoritas in perſona Julii Papæ primi ab Arianis recognita, p. 89. n. 8.

Romana Urbs.

Romanæ Urbis captura per Arnulphum Imperatorem, qui ridiculo eventu illam expugnavit, p. 230. n. 26.

Romana Concilia.

Romana duo Concilia ſub Felice III. Pontifice anno 483. & anno 484. In priore Felix idem tres Legatos ad Accacium Epiſcopum Conſtantinopolis hæreticum Eutychianum, qui Joannem Talaidam orthodoxum ſede Alexandrina depulerat, fretus gratia impii Zenonis Imperatoris. In ſecundo duo Legati prævaricatores ex tribus, quos Pontifex Felix tranſmiſerat, ſimulque Acacius, excommunicantur, p. 159.
Romanum Concilium in æde Lateranenſi ſub Nicolao II. anno 1059. in quo Berengarii hæreſis damnata eſt, p. 270.
Can. 1. De ſummo Pontifice a Cardinalibus canonice eligendo, *ibid.*
Can. 2. Ut moriente Romano vel quocunque alio Epiſcopo nullus illorum bona occupet, ſed ut ſucceſſoribus reſerventur, *ibid.*
Can. 3. Vetat audiri Miſſam Presbyteri concubinarii: Ubi etiam talium Presbyterorum incontinentia perſtringitur, *ibid.*
Can. 4. De communi Clericorum vita & convictu. *ibid.*
Can. 5. De Decimis & Primitiis fideliter præſtandis, pag. 271.
Can. 6. Prohibet per laicos Clericum Eccleſiæ præficere ſive gratis ſive pretio, *ibid.*
Can. 7. Ut nullus Monachi habitum induat, cum ſpe aut promiſſione, ut Abbas fiat, *ibid.*
Can. 8. Ne quis Presbyter duas ſimul Eccleſias teneat, *ibid.*
Can. 9. Ne quis Clericus per ſimoniam ordinetur, aut promoveatur ad quodvis Officium Eccleſiaſticum, *ibid.*

Can.

Can. 10. Ne quemquam Clericum laici judicent, *ibid.*

Can. 11. Ne conjugia inter conſanguineos fiant uſque ad ſeptimam generationem, *ibid*

Can. 12. Laicus uxorem ſimul & concubinam habens prohibetur ab Eccleſiæ communione, *ibid.*

Can. 13. Nullus laicus ad quemlibet Eccleſiæ gradum repente promoveatur: ſed poſt relictum ſæcularem habitum diuturna converſatione, antequam ulterius aſcendat, inter Clericos exploretur. In fine proponitur edictum electionis Epiſcoporum, præſertim vero Romanæ Eccleſiæ per Cardinales, *ibid.*

Romanus Pontifex.

Romanum Pontificem peregre euntem præcedit Sacramentum Euchariſtiæ capſula incluſum, equo phalerato ſuperpoſitum cum accenſis facibus & hymnorum cantu, p. 369. n. 9.

Romanus Epiſcopus per internuncios ſacram Euchariſtiam mittere ſolebat ad alios Epiſcopos in ſignum unionis & communionis fidei, p. 19. n. 7.

Romanus Diogenes.

Romanus Diogenes inſignem a victo Turcarum Sultano, quem ipſe bello provocarat, expertus eſt humanitatem: a ſuis tamen Græcis crudeliſſima morte innocens perimitur, p. 263. num. 24.

Rotomagenſe Concilium ann. 1445.

Rotomagenſe Concilium habitum anno 1445. præſide Rodulpho Archiepiſcopo, ſub Eugenio IV. Papa, p. 372.

Can. 3. Libros magicos & divinatorios damnat & ſupprimit, *ibid.*

Can. 4. Publicæ & honorariæ pœnitentiæ intra Eccleſiam iis, qui blaſphemaverint, indicuntur, *ibid.*

Can. 6. Pœnæ magorum & ſortilegorum. Vide Sortilegi, *ibid.*

Can. 7. Superſtitioſæ imaginum denominationes quæſtus cauſſa reprobantur, *ibid.*

Can. 10. De confeſſione & communione Paſchali, *ibid.*

Can. 13. Ut ſcholæ idoneis perſonis committantur, *ibid.*

Can. 14. Beneficia beneméritis eſſe conferenda, *ibid.*

Can. 15. De examine ordinandorum, *ibid.*

Can. 17. Ne pro celebrandis Miſſis turpes fiant pactiones, *ibid.*

Can. 18. De reſidentia & officiis parochorum, *ibid.*

Can. 21. Pœnæ decernuntur in Clericos concubinarios, *ibid.*

Can. 22. Inhibetur Clericis cohabitatio cum ſuſpectis mulieribus, p. 373.

Can. 24. Ne quis citetur in judicium niſi præmiſſa informatione: neque contumax excommunicetur niſi ſcriptis, *ibid.*

Rotomagenſe Concilium ann. 1581.

Rotomagenſe alterum Concilium a Principe Regiæ ſtirpis Corolo Borbonio S. R. E. Cardinali & Archiepiſcopo celebratum anno Chriſti 1581. p. 429.

Tit. de cultu divino, art. 6. Ut dies feſti religioſe obſerventur rejectis nundinis aliiſque profanis in alios dies, p. 430.

Ibid. art. 6. Ut ab Eccleſia colloquia profana & quæcunque venerationi & ſanctitati loci diſconveniunt, exulent, *ibid.*

Tid. de Sacramentis cap. 3. De infantibus quamprimum baptizandis, *ibid.*

Tit. de Sacram. Confirm. Ut Epiſcopi oppida ingrediantur etiam ob confirmandos incolas, *ibid.*

Tit. de matrimonio cap. 6. Malitioſis artibus ad conjugia impedienda occurritur, & ex juſta cauſa diſpenſari a proclamationibus poſſe, *ibid.*

Ibid. capit. 13. Ut matrimonia ſine coactionibus ullis contrahantur. Monentur tamen parochi, ne filios familias invitis parentibus facile ad matrimonia admittant, neque vagos aut ignotos homines, *ibid.*

Tit. de Epiſcopis & Clericis. De ſanctis & idoneis viris Epiſcopali dignitati præficiendis, *ibid.*

Ibid. de bono exemplo a canonicis Cathedralibus exhibendo, *ibid.* n. 9.

Cap. 36. Ne Prælati ſine conſenſu Capituli, vel Capitulum ſine conſenſu Epiſcopi quidquam alienent, p. 431.

Tit. de Epiſcoporum officio, Ut ſtudeant extirpare ſimonias & confidentias, *ibid.*

De forma in Tridentino Concilio Epiſcopis præſcripta in conferendis Ordinibus ſervanda, *ibid.*

Ibid. cap. 14. De ſimonia diligenter in confeſſionibus inquirenda, cum ſit caſus Summo Pontifici reſervatus, *ibid.*

Ibid. art. 21. Ut pœnæ ſerventur in confidentiarios, *ibid.*

Rutheni.

Ruthenorum ſeu Moſcovitarum de cultu idolorum ad Chriſti religionem converſio, regnante Baſilio Græcorum Imperatore, p. 230. n. 24.

S

Sabas.

Sanctus Sabbas monaſticæ profeſſionis inſtaurator floruit ſexto ſæculo in Oriente, Anaſtaſio regnante: cujus etiam impietati obſtitit. Nec diu poſt monaſticum inſtitutum in Occidente S. Benedictus propagavit Juſtino & Juſtiniano imperatoribus, p. 170. n. 24.

Sabelius.

Sabellius hæreſiarcha unicam in Deo perſonam aſtruit, pag. 43. num. 21.

Sacerdotium.

Ad Sacerdotium promoveri compellantur intra annum, quicunque perſonatum aut curatum officium poſſident, pag. 330. num. 4.

Sacerdos.

Sacerdos a Miſſæ celebratione ſuſpenſus diebus Dominicis & Feſtis ſacram communionem accipiat, p. 426. tit. 14.

Ut Sacerdotes non modo cum ſacrificant, ſed etiam quoties ſacram Euchariſtiam accipiunt, orarium utroque humero circumferant, p. 206. n. 2.

Sacerdotibus aliiſque Clericis prohibetur etiam cum ſororibus propriis cohabitatio can. 4. Concilii Bracarenſis quarti, ad imitationem S. Auguſtini, dicentis, poſſe ſuboriri ſuſpicionem de fœminis ſorores inviſentibus, *ibid.* n. 3.

Sacerdotibus jubetur, ut populum de jejuniis Quatuor Temporum admoneant, p. 234. cap. 186.

Sacerdos & Clerici vetantur peregrinari ſine literis canonicis, p. 108. can. 40. & 41.

Sacerdos & Epiſcopi prohibentur celebrare in privatis domibus, p. 109. n. 29. & p. 234. cap. 77.

Sacerdos unus in duabus Eccleſiis non collocetur, pag. 220. num. 18.

Sacerdotibus prohibentur arma & pugnæ etiam contra infideles, p. 234. n. 9. & n. 10. p. 237. can. 17.

Sacerdotibus & Epiſcopis ſericæ & ſumptuoſæ veſtes prohibentur can. 16. Nicænæ Synodi II. pag. 220. & pag. 272. num. 4.

Sacerdos quilibet in articulo mortis a quibuslibet peccatis poteſt abſolvere, Trid. ſeſſ. 14. cap. 7.

Sacerdotalia veſtimenta.

Sacerdotalia veſtimenta aut Altaris utenſilia nullus præter Epiſcopum benedicere præſumat, can. 4. Conc. Pictavienſis juſſu Paſchalis Papæ II. celebratum a duobus Legatis Cardinalib. anno 1100.

Sacramenta.

Sacramenta adminiſtrandi ritus tum in Eccleſia Græca, tum in Latina obſervandi, & ſcitu neceſſarii ſunt, p. 122. & ſeq.

In Baptiſmi & pœnitentiæ formis ſit ne neceſſaria primæ perſonæ expreſſio, *ibid.*

Non iiſdem formis verborum Eccleſia ſemper in Sacramentis uſa eſt, p. 123. ex poteſtate a Chriſto conceſſa. Id liquet in Baptiſmo, in Ordinatione, & in Matrimonio.

In Sacramento Ordinis frequentior mentio fit apud veteres impoſitionis manuum quam traditionis inſtrumentorum, *ibid.* Ritus ordinationum Græcanicarum approbaverunt Romani Pontifices, & obligaverunt unumquemque obſervationi rituum ſuæ nationis, p. 123. n. 5.

Sacramenta Altaris non niſi a jejunis celebranda, pag. 116. can. 29.

Sacrificium.

Sacrificium nec tantum Sacramentum eſſe Euchariſtiam, pag. 79. num. 3. & 4.

Sacrum Chriſma.

Sacrum Chriſma Sacerdotes rectores non a quibuslibet Epiſcopis, ſed a propriis, nec per juniorem Clericum, ſed per ſeipſos, aut per Sacerdotem Sacriſtam ante Paſchæ ſolemnia petant, p. 119. can. 36.

Sacrum Chriſma Presbyter ſub ſigillo cuſtodiat, nec niſi ad Sacramentum uti licet, p. 236. can. 18.

Sacrum bellum.

Sacri belli pro recuperanda Palæſtina Duce Gothofrido Bullionio hiſtoria, p. 263. n. 25.

Saleguſtadienſe Concilium.

Saleguſtadienſe Concilium in Germania ann. 1021. p. 265.

Saleguſtadienſis can. 8. Nemo gladium in Eccleſia portet excepto tantum regali, *ibid.*

Can.

Can. 9. Nulla fiant colloquia intra Eccleſiam aut Eccleſiæ atrium, *ibid.*

Can. 12. Ædificia laicorum Eccleſiis adjuncta auferantur: nec ulla in atriis fiant niſi Sacerdotum, *ibid.*

Can. 13. Nullus laicus fundatam a ſe Eccleſiam Clerico commendet, ſed eum Epiſcopo præſentet, ut judicet an ſit idoneus, *ibid.*

Can. 18. Vigente tunc adhuc publica pœnitentia per diœceſes prohibet, ne quis ſine venia diœceſani Romam proficiſcatur, ut diſpenſetur a canonica, quam ſua peccata commeruere, pœnitentia, *ibid.*

Sanctimoniales.

Sanctimonialium duo genera olim in Eccleſia, quæ ſe perpetuæ continentiæ voto aſtringebant, ſcilicet Diaconiſſarum & Virginum, p. 15. 16. & ſeq. & p. 186. n. 5. Diaconiſſis incumbebat cura feminarum baptizandarum, ut illas inſtruerent, & ad baptiſmum præpararent, p. 14. n. 2.

Sanctimonialium irregulariter viventium pœnæ, p. 288. can. 7. ſcilicet pœnitentia & excommunicatio, p. 16. n. 5.

Sanctimonialium virginum ab Epiſcopo conſecratarum & velatarum aliæ in parentum ædibus, aliæ in monaſteriis verſabantur, *ibid.* n. 4.

Sanctuarium.

Sanctuarium erat Sacratiſſimus & penitiſſimus eccleſiarum locus ac penetrale, a reliquis Eccleſiæ partibus per cancellos diſtinctum, ſolis ſacris Clericis pervium. In medio Sanctuarium erectum eminebat altare ſub ciborio, p. 26. n. 9. & 10.

In Sanctuario præter intermedium altare, geminæ hinc inde collocatæ erant menſæ, quarum una πρόθεσις, id eſt propoſitio dicebatur, altera διακονικόν, p. 27. n. 12.

Duo quoque ad latera Sanctuarii erant conclavia dicta paſtophoria, quorum uno diviniſſimum Corporis Chriſti Sacramentum, altero ſacri libri recondebantur ex ſuggeſtu ſeu ambone legendi. Ex oppoſito ſacri Altaris elevata erat Epiſcopi ſedes, ex qua ille ad plebem concionabatur, *ibid.* n. 12. 13. & 14.

Inter ſepta ſeu cancellos Sanctuarii & ambonem interponebatur in Græcorum Eccleſiis locus dictus ſolea, quo plebs ad communicandum accedebat. Sacer quippe Clerus in Sanctuario ſeu Secretario, quod Græce ἁγιαστήριον, ἱερὸν βῆμα vocabatur, Divinam ſumebat Euchariſtiam, p. 26. n. 8.

Sanguis Chriſti.

Sanguine Chriſti tremendo in atramento diluto conſcriptæ in Synodo damnationes impiorum; Sergii primum hæretici Monothelitæ relapſi; Deinde Photii ſchiſmatici nequiſſimi, p. 249. num. 8.

Saraceni.

Saracenorum excurſio in Judæam, quam populati ſunt, & tenuerunt uſque ad annum 1099. quo Godofredus Bullionius Jeroſolymam expugnavit, p. 299. n. 2.

Saraceni anni 884. in Italiam proruperunt, & Caſſinenſe Monaſterium expilarunt, & incenderunt, trucidatis Monachis cum ſancto Abbate Berthario, p. 255. n. 2.

Saraceni a Juliano Comite in ultionem injuriæ, quam ſibi Rodericus Hiſpaniarum Rex ob illatum filiæ an uxori ſtuprum (id enim incertum eſt) irrogaverat, evocati ex Africa, univerſam Hiſpaniam invaſerunt, præter Cantabriam & Aſturiam, p. 214. n. 8.

Saraceni ex Hiſpania & Africa tranſgreſſis Pyrenæis in Galliam ſe ingentibus copiis effuderunt. Sed illos ſtrenue repreſſit Carolus Martellus, horrendamque illorum ſtragem iteratis præliis edidit, *ibid.* n. 9.

Saraceni Leontio tyranno Imperium Conſtantinopolis occupante Carthaginem expugnant; indeque dominatum ſuum uſque ad Oceanum promovent an. 698. p. 197. n. 11.

Saraceni ſic dicti non a Sara uxore Abrahami, ſed ab Arabiæ Felicis Metropoli Saraca, p. 299. n. 1.

Sardicenſe Concilium.

Sardicenſe Concilium œcumenicum Julii I. Rom. Pont. auctoritate convocatum ſub Imperio Conſtantis religioſiſſimi Principis, quo convenerunt ſeptuaginta ſex Ariani Epiſcopi, qui cauſæ diffiſi ſe a Catholicis ſubduxerunt, & furtim Philippopolim ſeceſſerunt, & juridice citati Sardicam redire detractarant, p. 94. 95. n. 1. & 2.

Can. 2. Prohibet Epiſcopis propria relicta Eccleſia in alteram tranſmigrare, eoſque omni communione etiam laica excludit, *ibid.* n. 4.

Can. 3. Epiſcopum tamen non ſponte, ſed ab aliis vocatum poſſe caritatis ergo in aliam quoque provinciam transferri. Item poſſe Epiſcopum, qui ſe a Synodo prætendit læſum, ad Romanum Pontificem appellare, qui prout ei videbitur, vel cognitores poterit ad partes delegare, vel cauſſam penes ſe evocare, *ibid.*

Can. 4. Ut ſi Epiſcopus fuerit in Synodo depoſitus, non ei ſubrogetur ſucceſſor, priuſquam Romanus Epiſcopus ſuum judicium interpoſuerit, p. 96.

Can. 5. Epiſcopos accuſatos eſſe a Romano Epiſcopo, ad quem appellaverint, judicandos, ſive miſſo & delegato in eas partes cognitore, qui litem una cum Synodo reviſat, ſive per vicinæ provinciæ indictam ab ipſo Synodum, *ibid.*

Can. 6. Non eſſe novum ordinandum Epiſcopum in vico vel oppido, cui ſufficiat inferior Presbyter, ne dignitas Epiſcopalis nimium multiplicata vileſcat, *ibid.*

Can. 7. Ne Epiſcopi paſſim ad Comitatum proficiſcantur, niſi fuerint a Principe accerſiti, aut literis Metropolitani communiti, aut ob cauſſas, quæ ad officium Epiſcopale pertineant, *ibid.*

Can. 10. Ne quis ad Epiſcopatum promoveatur, niſi prius Lectoris, Diaconi, Presbyteri munera exequutus, & de ſervandis interſtitiis, & de Canonica ordinandorum ætate, p. 97.

Can. 13. Clericus a ſuo Epiſcopo excommunicatus ne ab alio Epiſcopo ſuſcipiatur, *ibid.*

Can. 14. Ne Epiſcopus in aliena parœcia diutius præter neceſſitatem immoretur, *ibid.*

Can. 15. Ne quis Epiſcopus ſibi non ſubditum ordinare præſumat citra conſenſum proprii Epiſcopi, *ibid.*

Can. 16. Ut extranei Clerici apud Theſſalonicam non immorentur, *ibid.* p. 98.

Canones iſti nonnunquam quaſi Nicænæ Synodi appendices pro Nicænis allegati & illis juncti fuere, *ibid.*

Saulus.

Sauli apud Damaſcum admirabilis converſio, p. 2. n. 6.

Schiſmata varia.

Schiſma quod primum legitur in Eccleſia Dei contigiſſe, fuit adverſus Cyprianum Carthaginis Epiſcopum, & Africanarum Eccleſiarum Primatem. Id ſuſcitavit Feliciſſimus eo prætextu, quod Cyprianus confeſſorum libellos præter modum pœnitentias relaxantes minus admitteret, ne morum diſciplina in Eccleſia obſoleſceret, & delictorum licentia invaleſceret, pag. 42. n. 14. Ex hoc infelici germine Feliciſſimi Sacerdotis Novatianorum & Donatiſtarum ſchiſmata pullularunt.

Schiſma Novatianorum adverſus Cornelium poſt martyrium Fabiani Romani Pontificis in ejus ſedem electum. Contra hunc inſurrexit Novatianus a pauciſſimis ſuæ ſectæ per ambitionem electus, ad quem ſe Novatus Epiſcopus Africanus adjunxit, quem plerique cum ipſo Novatiano confundunt. Schiſma iſtud Cyprianus Carthaginenſis & Dionyſius Alexandrinus oppugnarunt. Schiſma Donatiſtarum adverſus Cæcilianum Carthaginis Epiſcopum, *ibid.* n. 15. & p. 56.

Schiſma Meletianorum auctore Meletio Lycopolis Epiſcopo adverſus Petrum Alexandriæ Antiſtitem, huic ſe factioni Arius Presbyter Alexandrinus invidia tabeſcens adjunxit, moleſte ferens Petrum deinde Alexandrum electos fuiſſe Alexandriæ Epiſcopos, quam dignitatem ipſe per ſuperbiam ambiverat, pag. 58. n. 9.

Schiſma inter Joannem XII. & Leonem VIII. p. 259. n. 28.

Schiſma contra Gelaſium ſecundum Pontificem & Burdinum ab Henrico V. Imperatore ſuſcitatum, p. 276. n. 4.

Decretum quidem Schiſmaticum præfati Leonis VIII. de Romano Pontifice ſive eligendo, ſive confirmando ab Imperatoribus ſeu Regibus Germanorum, multas ſuſcitavit ſchiſmatum & bellorum clades, p. 258. 259. n. 28.

Schiſmata pleraque orta ex ambitione & ſuperbia Præſulum Conſtantinopolis contra Romanam Sedem, p. 126. n. 8. 9. 10.

Schiſma exortum occaſione Zenonis edicti Henotici dicti, pag. 166. n. 8.

Schiſma inter Innocentium II. & Petrum Leonis, p. 276. n. 7. & ſeq.

Schiſma adverſus Gregorium Papam VII. per intruſum Guibertum, p. 275. n. 1.

Schiſma Octaviani dicti Victoris a Friderico Ænobarbo intruſi contra Alexandrum III. p. 289. n. 1.

Schiſma inter Urbanum VI. & Robertum Genevenſem Avenione ſedentem, & amborum ſucceſſores, quod annos fere quadraginta perduravit, p. 334. n. 13. & p. 345. n. 1. & 2.

Schiſma ortum in Concilio Baſileenſi inter Eugenium Papam IV. & Amedeum Sabaudiæ Ducem, qui ſibi Felicis V. nomen ſumpſit, & ſchiſmati ſuo abrenunciavit in manus Nicolai V. Pontificis, p. 353. n. 34.

Scholæ.

Scholarum Urbis Romæ privilegia & immunitates, p. 317. n. 10.

Scholarum Romanæ Urbis, & Pariſiorum, & Oxoniæ, & Salamanticæ, & Bononiæ, Profeſſores ſint debite ſtipendiati, ſintque in eis duo Profeſſores ad docendas ſingulas Orientales Linguas, ſcilicet Hebraicam, Chaldaicam & Arabicam, p. 339. n. 14.

Ut de qualibet Metropolitana Eccleſia vel Cathedrali per Epiſcopum vel per Capitulum duo ſelecti mittantur doctrinæ adipiſcendæ capaces ad ſtudia Theologiæ vel Canonici Juris: qui poſtquam tempore ſufficienti ſtuduerint, ad propriam revertantur Eccleſiam, p. 344. can. CXI.

Injungitur, ut in ſingulis Diœceſibus Collegia Eccleſiaſtica ſeu Scholæ ac Seminaria inſtituantur, in quibus educabuntur & inſtruentur juvenes Eccleſiæ ſervitio deſtinati. Pro quorum fundatione Ordinarii poterunt beneficiarios diœceſis obligare ad annuas aliquot contributiones, aut procedere ad unionem beneficiorum ſimplicium, p. 407. n. 53.

Scotia.

Scotiæ calamitates ab hæreticis Jacobo Stuartio notho & Joanne Cnoxia Calvini diſcipulo, p. 379. n. 17.

Scri-